TRACTATVS DE SECVNDIS NVPTIIS,

VNA' CVM COMMENTARIIS AD PRAECIPVAS LL. IN C. EOD. tit. Præſtantiſſimorum Iuriſ-conſultorum,

IOAN. à RIPA,
IOAN. de GARRON.
STEPHAN. BERTRANDI,
IOAN. NICOL. ARELATA.

In II. Tomos diſtributus,

QVIBVS IN HAC EDITIONE *acceſſerunt Nouæ Additiones* V. CL. MATTHAEI BOYS, I. V. D. *& Profeſſoris Ordinarij in Almo ſtudio Colonien.* & ANTO. GABRIEL. XI. COMMVNES CONCLVSIONES *de eadem re.*

Opus planè aureum, & verè Practicum: nunc poſt diuturnam multorum flagitationem, diligenter reuiſum, & correctum.

Acceſſerunt Summaria, & Index copioſus.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum ſub Monocerote.
Anno M. DC.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NOMENCLATVRA COMMENTARIORVM

TOMI PRIMI.

IOANNES Franciſcus à Ripa in Rubricam de Secundis nuptiis.
Idem in l. fœminæ, hoc tit. & in §. illud, ead. l.

IOANNES à Garronibus in Authenticam, Ex teſtamento.

STEPHANVS Bertrandus in l. Hac edictali.
Idem in verſic. Ita tamen.
Idem in verſic. Quam obſeruantiam.
Idem in verbo, Si verò plus.

IOANNES Nicolaus Arelatanus in l. Generaliter, in augmento primi Tomi.
Eiuſdem ſecunda pars l. Generaliter.
Eiuſdem aliquot Reſponſa.

TOMI SECVNDI.

IOANNIS à Garronibus Commentaria, & ad eum MATTHAEI Boyſs, I. V. D. recentes Additiones in 76. pœnas ſecundò nubentium.
Et ANTONII Gabrielij communes Concluſiones XI. de ſecundis nuptiis abbreuiatas complectitur.

INDEX

TRACTATVS DE SECVNDIS NVPTIIS CELEBER. IVRISC. D. FRANCISCI A RIPA PAPIENS. VNA cum Summarijs & Notis, atque Additionibus Clariſs. virorum

D. IOAN. NICOLAI ARELATANI,

&

D. MATTAEI BOYSZ, I.V.D.

SVMMARIA IN RVBR.

1 *Nuptiæ primæ dicuntur ſimpliciter nuptiæ, & an ſecundæ ſimpliciter nuptiæ dicantur.*

2 *Argumen. à ſecundum quid ad ſimpliciter, an valeat.*

3 *Legatum pro filiabus matrimonio collocandis, an etiam pro ſecundo nubentibus factum videatur.*

4 *Legatum factum pro filiabus maritandis, an cenſeatur factum pro viduis remaritandis.*

Maritari verbum, an referatur ad ſecundas nuptias.

5 *Nuptiæ ſecundæ an dicantur omnes vlteriores poſt primas, etiam ſi ſint tertiæ vel quartæ.*

6 *Primogenitus ex primo matrimonio, ſi vigore ſtatuti ſuccedere debeat in baronia, an ſit locus ſtatuto ſi ex prima vxore nullus natus eſt, ex ſecunda vnus, ex tertia plures.*

Primo aut ſecundogenitura, an verificetur tempore natiuitatis, an verò tempore purificatæ conditionis adiectæ per teſtatorem in ſubſtitutione.

7 *Tunc, dictio, extremitatem temporis deſignat.*

8 *Maritus ſi in contractu matrimonij donauit vxori (caſu quo ipſe prædecederet) pro alimentis redditus cuiuſdam caſtri, etiam ſi*

AVREA COMMENTARIA SVPER AVTHENTICA. EX TESTAMENTO. C. DE ſecund. nuptijs. Per Clariſſimum virum D. Ioannem à Garronib. Auenionenſem.

QVAE à cæteris ſuis Commentarijs ſuper hoc titulo ſeparauimus, & ſub hac l. applicauimus. Quia hæc Auth. ſubijcitur poſt eam l. Fœminæ, & venit ad declarationem ſeu diſtinctionem & correctionem §. Illud. in ead. lege. Cætera autem eius Commentaria infrà in ſecundo Tomo habemur.

Aduertat Lector.

Author in hac Auth. tum etiam in Rubrica, & in l. 1. ſequenti, de ſecundis nuptijs. C. meminit ſui præceptoris, nec quis ſit exprimit, tantùm ſemel atque iterum allegat Chriſtophorum Batini ſuum pręceptorem in hac Auth. nu. 40. Et in ſecunda parte rubr. infrà ſecundo tomo, nu. 18. Subinde etiam Iacobum de S. Georgio ſuum nominat præceptorem.

SVMMARIA.

1 *Iura diuerſa conſideranda ſunt in hac materia binubentium.*

2 *Mater hæres à filio inſtituta ita ſuccedit pleno iure ſicut extraneus quilibet, & de illa hæreditate ad votum diſponere poteſt.*

3 *Mater ex teſtamento filij ſuccedentis cur melior ſit cõditio quàm ſi ab inteſtato ſuccederet.*

4 *Inteſtatus decedens quomodo videatur venientes ab inteſtato vocare, & eis relinquere hæreditatem.*

CLARISSIMI STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTI IVRECONS. REPETITIO SVPER

l. Hac edictali, de ſecundis nuptijs. quidam tamen hanc arbitrantur eſſe Ioan. de Garronibus Auenici: cùm eiuſdem ferè ſit ſtyli, cuius cætera eius commentaria. verùm ideo Bertrando adiudicauimus, quoniam ex ipſius bibliotheca eam habuimus & propria illius manu exaratam certo certius comperimus. vtri autem inſcribas mea non refert. docti ſiquidem & practici iuris ciuilis interpretes ambo erant, quod ex huius repetitionis lectione facilè exploratum habebis. quandoquidem multa ſingularia lucroſa & auro plena, quæ in facti contingentia quotidiè accidunt, comperies. nec diem illam ſine linea duxiſſe fateberis, quàm huius lectioni aſſumpſeris.

SVMMARIA.

1 *Lex iſta an ſit pœnalis, an fauorabilis.*

2 *Titulus iſte de ſecundis nuptijs an ſit fauorabilis, an pœnalis.*

3 *Diſpoſitio huius legis non procedit niſi liberis ex primo matrimonio ſuperſtitibus & ſuperuiuentibus parenti qui tranſiuit ad ſecunda vota.*

4 *Parens poteſt plus dare coniugi quàm liberis naturalibus, quos aliunde habebat ante contractum matrimonium: & ſic diſpoſitio huius legis non procedit in naturalibus liberis, nec in ſpurijs.*

5 *Parens an poſſit plus dare coniugi quàm liberis legitimatis, quos ante matrimonium habebat. & ſic an hæc l. procedat in liberis legitimatis.*

6 *Legitimati licèt quandoque veniant appellatione legitimorum, non tamen appell. legitimè vel ex matrimonio natorum.*

7 *Dictio, ex, denotat cauſam proximam & immediatam.*

8 *Diſpoſitio huius legis an procedat in adoptiuis.*

9 Ma-

TRACTATVS DE SECVNDIS NVPTIIS, CELEBER.

I. C. IOANNIS A' GAR-
RONIBVS,

Tomus Secundus.

CONTINENS IN PRIMA RVBRICAE PAR-
te 76. Pœnas ſecundò nubentium,

Cum Additionibus ad eaſdem D. Mat-
thæi Boyſz I. V. D.

IN

*SECVNDA VERO EIVSDEM RVBRICAE PAR-
TE, quinq́; complectens Remedia pro ſecundò nubentibus:*

NEC NON L. I. C. de Secundis Nupt. Eiuſdemq́; L. Glo.
cum Authent. eiſdem pœnis.

CVI

Adiectæ ſunt COMMVNES NOVEM CONCLV-
SIONES D. ANTONII GABRIELII
C. de ſecundis Nuptiis.

Per eundem D. MATTHAEVM BOYSZ I. V. D. collectæ.

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Ioannem Gymnicum ſub Monocerote.
ANNO M. D. C.

IN RVBRICAM DE SECVNDIS NVPT. C. PER EGREGIVM VTRIVSQVE cenſurę Doct. D. Ioan. de Garronibus Auenionenſem

PRAEFATIO.

SANCTE Deus fortis immortalis Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis. Precibus & meritis glorioſiſſimæ illibatæq; virginis Mariæ, Beatiſſimorum Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ, Franciſci Stigmatum Domini noſtri IESV CHRISTI vexilliferi, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, his debibbus annuæ cœptis. Ad laudem itaq; Dei, & vtilitatem Reipublicæ monitis, & benignis precibus, quæ mihi iuſſa ſunt. Reuerédi in Chriſto Patris, & mihi Reuerendiſ. Domini Dom. Franciſci de Stagno iurium Doctoris eximij Ruthenen. Epiſcopi, & Vice Legati & Gubernatoris noſtri fulgentiſſimi, qui ſua ſingulari bonitate, & pronidentia volens huic Reipub. & noſtræ vniuerſitati Auenionenſi ſynceram, quàm ad eam gerit affectionem exhibere me (licèt immeritum & inſufficientem, & oneri imparem) iam longis diebus ſæpiùs, ac ſæpiùs onus alicuius Lecturæ aſſumere affectauerat & nunc non ſolùm iteratis admonitionibus: ſed etiam ore ſuo proprio non paruo pollicito Reuerend. ſuæ paternitati morem gerere impulit, & aſtrinxit. Volens ego Ioannes de Garronib. inter Doctores huius noſtræ Almæ vniuerſitatis minimus, ſuæ Reuerendiſſimę paternitati in partem pro poſſe ſatisfacere, & complacere, & Dominis Scholaſticis quos filiali charitate ſemper amplexus ſum, & amplector aliquid vtilitatis iuxta à Deo mihi donatam gratiam communicare contemplatione ipſius Reuerend. Dom. & ipſo inſtante & proſequente.

CAPIO

ANTONII GABRIELII COMMVNES CONCLVSIONES NOVEM DE SECVND. NVPTIIS, cum ampliatio. & limitationib. per Matthæum Boyſs D. Breuiter collectæ.

Concluſio I.

MVLIER ad ſecunda vota tranſiens filijs primi matrimonij reſeruare tenetur, quicquid titulo lucratiuo à primo marito conſecuta eſt, omni alienatione interdicta, l. fœminæ. C. de ſecundis nuptijs.

Ampliatur 13. modis.

Primò. Idem in maſculo. Ripa ſupr. in l. fœminæ. 1. q. Cæpolla caut. 336.

Secundò. Procedit, etiamſi filij non ſint hæredes patris. Ripa q. 8. & 9. vel renunciauerint ſucceſſioni parentum. Papæ decif. 228.

Tertiò. Procedit etiam ſtátibus ſolis nepotibus. Ripa q. 6. ſup. & q. 7.

Quartò. Nec hoc caſu opus eſt ſentẽtia, ſed ipſo iure. Arelata. ſup. in l. generaliter, par. 2. nu. 3.

Quintò. Etiamſi teſtator dederit vel reliquerit vxori vt vxor diſponere poſſet liberè in vita vel in morte. Ripa ſupr. l. fœminæ. q. 12.

Sextò. Procedit non tantũ ſi nubat, ſed etiã luxurioſè viuat